



Universitätsbibliothek Paderborn

Opvs De Ivdiciis Divinis, Qvae Devs In Hoc Mvndo Exercet

Accessit index concionatorius in omnes totius anni dies Dominicos & Festos, ab ipso Auctore confectus

Stengel, Georg

Ingolstadii, 1651

5. In Deo esse summam & judicandi & justitiæ vim, quam non semper differat in supremum judicium; sed etiam quotidie in hac vita exerceat.

urn:nbn:de:hbz:466:1-45653

§ Cap.II. Nomen & distinctio Iudiciorum Dei.

I V.

Secundò, *indicare* sumitur, pro priore quodam actu iustitiae, ut nihil aliud sit, quam discutere, examinare, discernere. Quo sensu accipit Basilius illud Psal. 25. *Indica me, quoniam ego in innocentia mea ingressus sum.* Atq; hoc, *iudicium* precedere solet sententiam. Ante enim Iudex iudicat discutiendo causam, quam ferendo sententiam. Tertiò accipitur *indicare*, pro certo actu iustitiae, nempe ut idem sit, quod *damnare*, seu condemnatoriam in aliquem sententiam ferre. Quo sensu dicitur Psal. 5. *Indica eos, Deus. & Ioan. 5. Qui verò mala egerunt, in resurrectionem iudicij, id est, damnationis, resurgent.*

V.

In Deo, cuius esse, est intelligere, discernendi, discutiendi, dijudicandi, & ipsam etiam Ierusalem, seu cætum piorum, ipsos Angelos, in lucernis scrutandi summa vis reperitur. In Deo, in quo iniquitas nulla esse potest, non solùm vis est cognoscendi; quid probandum improbandumque sit, sed etiam maxima est iustitia, quæ sententiam fert, ostenditque, quid, in ynaquaque re, seu præmio, seu supplicio dignum existat. Neque semper expectat, supremum illum Iudicij ultimi diem, sed in hac etiam vita quotidie decernit, quid singulis mortalibus, vel in pœnam, vel in prœmium, vel in prœmij promerendi occasionem, conuenientissimè permittat contingere. In Deo deniq; est potestas & mos, reos *iudicandi*, hoc est, vel ad temporalem, vel ad sempiternam pœnam; siue in hac, siue in altera vita damnandi; ut adeò non tantum Iudex sit futurus, cum alios cœlo, alios orco ascribet; sed etiam quotidie, dum Mundum istum, per varios casus, gubernat.

VI.

Vide Em-
man. Sa
in indice
Scripturæ.

Cum igitur *viui & mortui*, probi & improbi à Numine iudicentur, & reddatur vnicuique secundum opera sua; itemque, cum in hoc ipso Mundo, quem condidit, gubernando, & rectissimè discutiendo iudicet, & iustissimè bona vel mala permitten- do agat Deus, nos *Iudicij* nomen, tam pro sapientissimâ & æquis- simâ eius, in discernendis rebus, pronuntiadâque sententiâ, quâ pæquissima, in plectendo & remunerando Mundo, iustitia execu- tione, accipiemus, ostendemusque, supremum, seu Gubernatore, seu Iudicem, & à *Iudicio*, & à iustitia laudabilem ubique, & metu- endum; cum & rectè sentiat, & rectè faciat, siue in hac, siue in al- tera vita; siue dum malos pœnis addicit, siue dum probos præ- S. August. in mijs afficit. Propter vicinitatem ait S. Augustinus: significationis, al- Psal. 105. terum pro altero poni potest, vel iudicium pro iustitia, vel iustitia pro iu- dicio